



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 20. Quousque protenditur poenitentiae tempus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30256**

LOCORVM COMMVNIVM  
bus vestris, quo ad ipsam sacerdotū  
maledictionem, seu quo ad eos, quos  
adulando seducunt, intelligi debere  
dicit Hieronymus.

*In cap. 2.  
Malach.*

Sacerdos igitur alios soluere vo-  
lens & ligare, iustus esse debet in vi-  
ta, & discretus in scientia.

### Caput 20.

Quousque protenditur poeni-  
tentiae tempus?

*Matt. 24.*

**P**oenitentiae tempus quidē con-  
ceditur peccatori, vsque ad ex-  
tremum praesentis vitae termi-  
num: sed magnoperē periculosum est  
eam adeo in longum differre. Adeo  
vt D. Augustinus huiusmodi poenitē-  
tiam vix agnoscere videatur: prop-  
terea quod rarissimē sincera sit, fe-  
rē non ex amore iustitiae, sed gehē-  
nae timore procedens. Difficile enim  
est in vltimo statu verē poenitere, pro-  
pter multa impedimenta tunc occur-  
rentia, mundum scilicet, filios, & vx-  
orem, & mortis dolorem, & similia.  
Fieri tamen potest, vt & tunc veraci-  
ter quis poeniteat atq; saluetur.

Sed absque condigna satisfactio-  
ne hinc discedens, acerbissimam pur-  
gatorij poenam se passurum, certum  
habeat,

habeat,  
tritione  
ro solua  
maturē  
in hac vi  
gatorio  
Vnde &  
rum ora  
pondus

Nec  
ponenda  
quam pe  
Nequ  
ciliatio  
quam et  
fit, & pri

Hinc  
dos simp  
absente,  
aliās, eo  
ficut nec

Denic  
tat, nec h  
respuend

Rem

**Q** v  
ca

L I B E R III.

habeat, nisi ob vehementiorem contritionem in hac vita supplicio futuro solvatur. Denique & alii, qui etiam mature penitentes, satisfactionem in hac vita non expleverint, in purgatorio quod reliquum est persolvent. *Psal. 50.*  
Vnde & per eleemosynas, & amicorum orationes, penitentiae eorum pondus est releuandum. *Acto. 10.*

Nec morientibus penitentia imponenda est, sed indicanda duntaxat, quam peragant, si conualescant.

Neque unquam morienti reconciliationem petenti, ea deneganda est, quam etiam si tunc petere non possit, & prius eam appetierit, sufficit.

Hinc & a publico crimine sacerdos simplex in casu mortis, episcopo absente, soluere potest: quod tamen alias, eo inconsulto, facere non debet, sicut nec virgines consecrare.

Denique si moriens sacerdotem petat, nec habere possit, oblatio ipsius respuenda non est.

Caput 21.

Remittuntur ne & peccata

post hanc uitam?

**Q**uædam peccata, venialia scilicet, etiam post hanc vitam quibusdam